Epistola 49.

163 164

ΞΥΝ ΘΕΩΙ.

Viri
Admodum Reverendi Claris-
simique ac Literatissimi
DN. Dn. JOHANNIS COCCEII
SS. Theol. D. Ejusq. & Linguae
Ebraeae Professoris Publici

Quaestio

Quid significet חֵלְכָאִים חֵלְכָה לְחֵלְכָה Psal. 10. 8. 10. 14.
per Epistolam proposita his verbis:

Vocem חֵלְכָה Psal. non volim, fabricam esse, si, quod conjicio, ex Arabismo astrui posset, eâ notari τὸν κακὸν καὶ ἄθλιον. Videor ex Lavtelengio huc duci
de quo cupio à Te informari.

Informatio
Christiani Ravii Berlinatis.

Huic tam difficili quaestioni de Cl's & voci, quod planè nobis ex principiis Grammaticis Etymologicis deduci debet, quomodo occurri possit, si solis his autoribus standum sibi? Quales enim quanti Viri, Cl. Buxtorfius Pater in Concordantiis & Lexico Ebraeo-Chaldaico, ipsoque Manuali in Radice חלך, Junius, Tremellius, Pagninus, Mercerus, & omne genus Lexicographorum Majorum pariter & Minorum errant omnes, ne unico quidem excepto!

Decimo tertio singularem vero [illegible]

Omnes pariter Masorethe hic duos gravissimos com-
mittunt errores, primò, quod singularem מְכַלְכָּה et
מְכַלְכָה retulerint inter eas voces, in quibus ה sit
affixum, et vox ipsa sit מְכַל pro מְכַלֵּל ex כָּלַל:
plurali autem legant divisim, מְכַל דַּכְּאִים, at-
que adeò ut ל nullum habeat Scheva, et כ dages
lene, quasi significaret, TURBAM ATTRITORUM,
quasi à דָּכָא posset esse דַּכְּאֵי, et דַּכָּאִים, ut à
בְּלָכָה fit בְּלָכִים: et sic singularis fit quasi דַּכְּאָה.
Ubi impossibile est dictu, quot quantique errores committan-
tur ab ipsis Masorethis, licet Judeis & Rabbinis do-
ctissimis quidem, sed qui Grammaticam eam partem, quam
vocant Etymologiam, benè tamen non intellexerint.
Quod si enim benè intellexissent, tam puerilite[r] non
essent hallucinati. Nam דַּכָּאָה non posset esse At-
TRITUS (posito מְכַל habere significationem ac-
tivam) significatione passiva, cum דְּכָאָה sit attri-
tus: et hic in singulari ne quidem stet, מְכַל דַּכְּאָה
(posito hoc, quod דַּכְּאָה notet attritum) sed מְכַלְכָה
sine dages leni in Kaf, et cum Scheva sub ל ac sine
accentu apud ל, ut ostendatur esse Scheva mobile (pagina 669.)
post vocalem longam, neque sit hic secunda radical[is]

ה, qua tamen si radix foret שָׂמָה, hic requireretur
quia semper sere manet, si tertia sit ה, ut hic. Et li-
cet כָּה notaret attritum in singulari; seu enim non
hoc notet in singulari, cum idem notet ex supposito in plurali, significatio autem
singularis et pluralis convenire debeat essentiâ et
genere, licet numero & accidente non conveniat,
quare Masoretæ hoc referunt inter ea, in quibus sit
כָּה affixum. Quos & ipsos improbat Kimhi in libro
radicum, radice חֵלֶךְ, qui ~~[illegible]~~ primus ipse sed male radicem
constituit חֵלְךָ; ~~[illegible]~~ non faciens כ literam servilem
uti Masoretæ, in singulari, sed radicalem etiam in sin-
gulari, contra Masoretas, qui in singulari faciunt servi-
lem affixam in plurali radicalem; et qui ה in singula-
ri faciunt paragogicum affixi secundæ personæ, in plu-
rali contra pro tertiâ radicali, sed abjectâ, agnoscunt
tanquam à נוה. Sic sibi in utraque litera male constant
Masoretæ. Ubi & hoc ~~[illegible]~~ observari debet, quam sibi
constent in punctatione: nam in singulari, quod versu
octavo & decimoquarto extat, in כ nunquam scribunt
dages lene, cuius & nulla ratio erat in מַסְכָּה et חֵלְכָה ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ contra in plu-
rali, licet schevá sub ל scribatur vel omittatur, tamen
dages in כ stare non debebat, eo quod & illud (ל) sive ex-
pressum sive subintellectum post חֵ sit mobile. Sic da-
ges post schevá in singulari non videtur, in plurali

(…pagina … 669.)

Scripsere in literâ ם; et Scheva, in singulari sub ך, uti o-
portebat, expresserunt, contra in plurali, ubi itidem oppor-
tebat stare, sine causâ omiserunt.

At opponat aliquis, addiderunt passim Kametz plurali quia praecedens litera
ו nullum habeat Scheva, et Scheva quiescens semper sub in-
telligatur sub ultimâ quâvis vocis litera; fortissime de novo.
Respondeo, quod, quia in singulari una vox sit cum affixo,
non possit ~~et~~ evadere cum affixo gemina, quasi vox
illa sit una, et affixum altera. Nam nec affixa decli-
nantur, nec terminationes pluralis numeri apponun-
tur affixis: ut graviora taceam.

Hactenus itaque vidimus Masoretas, quam hic contra om-
nino regulas etymologicas statuant.

Post quos examinandus est Chaldaeus paraphrastes, qui
itidem singularem reddit cum affixo secundae personae
uti et Masoretae fecerant: עֲנִיָּךְ. At quisquis vel uno ocu-
lo textum aspicit, statim videbit, quod hic secundae perso-
nae affixum in subjecto patiente toto contextu non stet, neque subsistere pos-
et locum habere nequeat עֲנִיָּךְ afflicti tui: Verum rec-
tissimè dici potest, quod si עֳנִי habeat significationem
~~afflictionis~~, quare non et hic usurpat vocem עָנִי qua
Psaltes ~~utitur versu 2. 9. עָנִי et in plurali~~ עֲנִיִּים vers. 1[illegible]
aut עֲנָוִים vers. 17. et Chaldaeus paraphrastes utrobique
singulari ponit, priori loco cum affixo, secundo sine affixo.
Et si pauperes notat, ut in plurali Chaldaeus interpreta-
tur ver. [illegible], quare non possit עָנִי vel [illegible]

et grave sumit Psaltes vocem adeò obscuram, & nullibi alias totis Bibliis extantem pro sensu pauperis & attriti vel afflicti (quod tamen neutrum significat), ut non Masoretæ solùm, sed & Chaldæus paraphrastes sibi hic non constiterit. At verò & R. David Kimchi, & innumeri alii in lapidem hunc offensionis impegerunt. Non solus Chaldæus, at omnes in universum Masoretæ decepti sunt. Namque R. David Kimchi nec ipse sibi constat; vult enim ה esse paragogicum servile, ab absoluto חֵלֶךְ forma חֵלֶב, addito ה paragogico foret חֶלְכָּה, & accentu retracto חֵלְכָה. At ipsum enim ipsi non videbatur. Nam accentu retracto foret חֵלְכָה. Et quamquam sic legat editio Bibl. Hutteri Hamburgensis in folio, & Concordantiæ Buxtorfii, attamen est utrobique vitium typographicum. Nam vel & non Masoretæ dixissent, et est contra omnium editionum fidem, ut quæ constantissime habeant in versu 14. [illegible] non [illegible]. Quod quia Masoretæ non observarunt, inde apparet, quàm fallaceum sit eorum argumentum de affixo secundæ personæ. Nam ut ut concedatur primum versu 8 esse cum affixo secundæ personæ, ergo hoc secundum versu 14. cum affixo eodem & accentu regio à Daleth retracto ornato, esset [illegible] scilicet [illegible] non [illegible], ut est Ez. 28,5. [illegible], quod tamen Masoretæ tanquam [illegible] anomalum pro [illegible] non observarunt, neque observare potuerunt, eò quod falsum dixissent. Et sic ut bene sibi convenit veritas, ita tam male falsitas. Kimchius ergò, qui solus restat, si sit Grammaticus, et verus Etymologus, monstret mihi talem vocem in totis Bibliis, ubi sit forma [illegible] cum ה paragogico, vel ulla vox, nam in [illegible] certè non invenit.

Dein, si hoc concedamus vel praeter mittamus, monstret vel
unicum exemplum, quod ה paragogicum, quod itidem est fe-
male, licet non sit formativum generis, tamen mutetur in ת, et
erit mihi magnus Apollo. Monstret porro, quod vel
unicum extet exemplum, ubi pluralis formae nota postpo-
sita et adjecta fuerit [illegible] literae paragogicae ה in singulari
existenti. Quod si enim litera servilis formativa generis foe-
minini, cujus est multo major necessitas, tanta tamen
est fragilitas, ut accedente syllaba formativa pluralis
numeri ות, perire ipsa debeat, quanto ~~magis~~ minus non
necessaria ה paragogica, restare queat. Et quis credat, ה pa-
ragogicum, ut salvetur, transire in ת mobile, contra ה
formativum, multo majoris autoritatis et momenti, idem non
posse! Et quis dixit, ה praecedente games, licet sit parago-
gica, esse generis masculini, non foeminini? Ne unicum qui-
dem, scio, producetur exemplum, nisi per petitionem princi-
pii hoc exemplum ipsum velis apponere, quod in controversia
est. Et quis negabit, solis hoc datum esse literis ה radica-
libus certis, quod possint converti in י ו ת, nunquam ullum fe-
le formativum aut paragogicum, non formativum, quum
ullum ~~tale~~ paragogicum extet, et non sit potius chimaera quaedam
nova? Sed sive hoc concedamus, ut facile possimus, idem erit, at
— si indicat [illegible], in [illegible], esse generis foeminini, quanquam nemo ha-
ctenus dixerit, tamen si a priori, et veluti ex confesso
assumere velit, et hanc terminationem esse foemininam,
gemino ad minimum argumento destruetur. Primo
quod hoc ipsum nemo Interpretum, Rabbinorum pariter et
Christianorum, nemo Lexicographorum ausus sit dispute-

Secundo: quod voci חֶלְכָה versu 14: respondeat verbum mascu-
linum יַעֲזֹב relinquet se, relinquetur, relinquet: ita ut versus sen-
sus sit iste: quia tu vidisti, videre soles (per transjectionem locum
poëticam) laborem et iram, intente inspicies retribuere vel reddere
manu tua, per manum tuam (quare?) namque super te relinquet se
expectabundus pupilli tu fuisti adjutor. Estque sola et unica par-
ticula in periodo prima, quippe tu videre soles laborem et indignam
tractationem maligni, impii; vel, quia tu videre soles eosdem reli-
dit. In posteriori periodo illa transjectio est restitutione in simula-
cum reddita ordini vero populi et naturali. Ut taceam, quod
proprie non construatur cum vel aut synonymis, sed sem-
per cum לֵב et רוּחַ, unde apparet, hoc verbum non ad exteriorem
potentiam corporis membrorumque in militibus, equitibus sc. et equis
consideratam, sed ad interiorem cordis et spiritus attritionem
adhiberi: ac in plurali non sed notare attritos spiritu.
Atque hactenus vidimus, nihil omnino esse, quicquid omnes hasce te
Chaldaeus paraphrastes, Kimhius, Lexicographi omnes celeber-
rimi, Judaei pariter et Christiani attulerint, fallaque esse omnia
et insolubilibus argumentis constare diversam quamcunque partem,
quam statim καθ᾽ ἕκαστον, quid unde, et quale sit, ac quid signi-
ficet, additurus sum; dum adjiciam, tuto significatum hic nihil
esse, et ex valore Arabicae significationis, quod quis suspicari
ex Castellensi, ostendere posset, hujus loci verum sensum et
difficultatis remedium afferre, nec applicari posse, aut in κατὰ
καὶ ἐξ αὐτοῦ ex integro transformari, et locum sic sanari, li-
cet in Ebraeis talis radix extaret: eo quod ה illud finale non
possit esse servile, adeoque Arabismum contra rem impossibilem ra-
ramque et falsam nihil valere posse, licet alias in v. 52 ad vocem
commodissime adhiberi queat possit. Et neque sic nos deseret
Arabismus, dummodo veram, non falsam aliquam radicem se-
quamur et quaeramus, neque nostra culpa est Arabismo imputetur.

Helcis.

Ergo jam κατὰ Helcis, quid sit חֵלְכָה, et accentu retracto, חֵלְכָה, in plurali חֵלְכָּאִים dicemus aliquanto clarius, postquam enim vidimus, quomodo Masoretae, Chaldaeus Paraphrastes et R. David Kimhi erraverint, monstratis illis inconvenientiis et erroribus et absurditatibusque, quae inde provenirent, clarius id ipsum evadet, quando vera exponitur Helcis.

Quaeritur ~~autem~~ ergo radix, qua posita et inventa, facillime judicari et de forma, totoque sensu trium istorum locorum, totiusque Psalmi mentem enucleare elegantissimam, rectissimamque possimus.

Monstravimus autem superius, quod ה non possit esse litera servilis masculini generis paragogica, neque paragogica affixi, neque servilis formativa generis foeminini: ut ubi foemininum in toto contextu locum non habeat; ubi scilicet masculina semper ponantur. I. רָשָׁע versibus 1.2.3.4.13.15. II. עָנִי 2 et 9 bis. III. נָקִי 8. IV. עֲנִיִּים 12 et 2. V. יָתוֹם 14.18. VI. עֲנָוִים 17. VII. דָּךְ 18. VIII. רָע 15. IX. אֱנוֹשׁ 18. quibus novem subjectis accedit decimum חֵלְכָה 8. et חֵלְכָה 14. ac undecimum, ejus plurale חֵלְכָּאִים 10. Eodem modo ut עָנִי et pluraliter עֲנִיִּים vel עֲנָוִים.

Sunt ergo in duas partes divisi: Subjectum agens רָשָׁע et רָע qui ambo unica litera, media radicali, distincti sunt, capite et cauda conveniunt. Subjectum patiens עָנִי. plurales עֲנִיִּים et עֲנָוִים. 2. נָקִי 3. חֵלְכָה plurales חֵלְכָּאִים 4. דַּכִּים 5. דָּךְ, ultimo אֱנוֹשׁ, unusquisque terrae incola. Ita ut sex probi a duobus improbis opprimantur. Unde apparet, quod חֵלְכָה non possit esse foeminina, incedit enim paribus, cum reliquis subjectis per omnia. Ubi enim dico עָנִי, pl. עֲנִיִּים et עֲנָוִים, nemo nisi insanus dicet esse foemininum in singulari et plurali, ita et חֵלְכָה dico חֵלְכָּאִים. Ubi est terminatio

ים masculinorum genus suum ostendit in utroque, nisi quis putet superius utroque singulare et plurale esse foeminina, quod stultitiae in singulari praecipue et plurali adjectivo nemo procedet.

Porro dixi, quod solis tertiis radicalibus ה datum sit, quod sint masculina et ut plurimum praecedat segol, attamen et gamez, idque tam in verbo, ut גָּלָה tertia persona singulari masculina, eaque per omnes Conjugationes activas et passivas in praeterito. Quare masculina? quia ה est radicalis tertia. Contra, in גָּלְתָה est foeminina, quare? quia est servilis non radicalis. Sic et in hoc nomine [illegible] est ה radicalis, ergo masculina, aut, est masculina, ergo radicalis, et quidem tertia. Ipsi ac tertiis radicalibus solis datum est, ut cum י ו א alternent. Exempla sunt plurima. Primo in י.

[illegible Hebrew]

[illegible Hebrew] in quiescentia (et talia millena)

[illegible Hebrew]

[illegible Hebrew] (alia) [illegible Hebrew] et multa mobilia.

Secundo in vaav quiescens sunt millena exempla, quae praetermitto. In vaav mobile [illegible Hebrew]

et in nostro Psalmo [illegible Hebrew], pluraque alia, sed haec sufficiunt.

Tertio in א, ut [illegible Hebrew] à [illegible Hebrew] à [illegible Hebrew] sic [illegible Hebrew] à (+) Et haec quidem ut et alia, in mobili ו et א fiunt conversa.

At dicet [illegible Hebrew] esse à [illegible Hebrew] non [illegible Hebrew]. Respondeo, licet non detur [illegible Hebrew] sed [illegible Hebrew], tamen [illegible Hebrew] etiam esse posset, eo quod ה radicalis quaecunque etiam praecedente locali sit masculina, hic autem retinetur in masculinis ה.. ad differentiam sui radicalis ה a alterius ה servilis generis foeminini.

Exempla autem sunt alia, ubi ה tertia radicalis mutatur in Jod, et alia quaedam et in א quae contra. Contra א frequentissime mutatur in ה [illegible Hebrew] à [illegible Hebrew] est [illegible Hebrew] à [illegible Hebrew] et [illegible Hebrew] à [illegible Hebrew] est [illegible Hebrew] quasi à [illegible Hebrew] et in numero, quae hic addere longum foret.

pagina ... 670.

(+) exemplaria ... [illegible]

Ut plane verissima sit illa regula Grammaticorum: Litere qu[iescentes]
cessantes inter se alternant. Hoc valet in tertiâ radicali semper
et ubiq: unde fit, ut non necessaria sit illa distinctio in א et ה, a[c]
plane perinde sit, quantum ad significationem radicis essentia-
lem, sive scribam מָצָא vel מָצָה, quod ex millenis exemplis
demonstrari potest, et literam ה in tertiâ radicali se habere ut א
et א ut ה. Unde enim יִרְאָה timor יְמַלֶּה implebit כָּלָה
prohibere יִכְלָה prohibebit אֶרְפָּה sanabo רְפָה sana tu, quae sacr[a]
ma a viris anomalis sunt habita, in quibus omnibus est ה pro א
Imo nonne eadem verba formas habent ל״ה ut מַלְאוֹת im-
plere מַלֵּאת ad implendum רִפֵּאתִי curavi, יְרַפּוּ sanabun[t]
נִרְפּוּ sanata sunt נִרְפְּתָה sanata est. Item a מָצָא נָבָא הִתְנַבֵּא
inveniens exhibuisti
נָשָׂא נָשִׂיא dico מְצָא הַמְצִיאתָה הִתְנַבֵּיתָ prophetasti
prophetabis. חוֹטֶא peccans נָשׂוּי levatus, prælatus שְׂנֵאת odisse et
quaedam alia, eaq plurima, quae vel non consideravunt Masoretae et
Chaldaeus Interpres, item Qimhi et omnes nostri Lexicographi
et Grammatici; aut regula illa aurea, quod Literae quiescentes
inter se alternant, erit falsissima. Falsa, nedum falsissima, non
est, quam omnino millena probant exempla, et per quam so-
lam nonmodo in Ebraicis Anomalia omnes in tertiâ radica-
li ... א recedit in primâ et secundâ radicali ... quod
non recedit, est eo, quod in tertiâ radicali solum sit quiescens
in primâ et secundâ semper mobilis vel mota, uti ה in tertia
penitus tolluntur, cum perinde sit quoad significationem radi-
calem et ... quam ... videas Existis literam. V[ide]
הָאָא הָאוּ הָאֵו הָאָה הוּאֵהָוו הֹוִי הוּה הִיא הִין הִיא הֲוָה
quae duodecim sunt plane unica radix, licet videantur dua-
e, quidem tamen omnes significant procedentes unde ...
quod ultimum הוּה esse. Unde aperte apparet, pro ...
nisi pronomen הוּא vel הִיא et הוּא היא qui et quae est,
ENS, EXISTENS.

Quam solam & unicam regulam auream si intellexissent Ma-
soretae, tot centenas notas ad Biblia facere superfluum
fuisset, neque fecissent. Sed nullibi magis ignorantiam suam o-
stenderunt, quam circa hanc, quam sub manibus habemus,
vocem [illegible] & [illegible].
† profecto mirum est, Grammaticos Judaeos pariter & Chri-
stianos, in universum omnes quoscunque nosse potui, quinqua-
ginta autem nosse me scio, etsi non perlegisse omnes per to-
tum, attamen cujus causa eos voluisse inspicere, hanc auream
& quondam hactenus recte aestimatam regulam tenere quidem,
sed non applicare, non redigere ad praxin, & nec explicare debito
modo: per quam solam & unicam, non solum duo ordines [illegible] &
[illegible] sunt unum atque idem (& utrisque haec regula generalis suffi-
cit. Tertia quaerens vel 1. quiescit, vel 2. abjicitur, vel 3. fit
[illegible] quando litera servilis quaecunque accedit.) Sed & omnia
verba primae radicalis [illegible] ad [illegible] pertinent, & omnis radix
quae in secunda habet ו, etiam habet vel habere potest [illegible].
Quod si observassent Grammatici & Lexicographi, potuissent
sine dubio millenis aliquot praecavere anomaliarum exem-
plis; praecipue et Buxtorfius in thesauro Grammatico
[illegible] tot ordines anomalorum verborum ponere ausus
non fuisset, ac in tribus Lexicis, ipsisque Concordantiis Ebraicis
novis radicibus constituendis & multiplicandis, quae sunt chimeri-
cae, non fuisset infeliciter operatus. Sed ita fit quando homi-
nes sine ratione docent, tanquam pecudes in[illegible] homines in-
struerent, & sine ratione discunt, tanquam a pecudibus &
armentis discerent, quae rationum reddendarum sunt expertia,
non ab hominibus, qui semper rationem reddere debent &
requirere. Quanto magis mihi displicet quod tot sint exem-
pla [illegible] Grammaticorum, qui omnes ob solam orthographiam
& Etymologiam turpiter & caecorum instar tractatam,

[Margin, beside "Tertia…": alternat[illegible] & permutantur in [illegible] significatio in essentiali radicis]

[Margin, at foot: + verum potius risum mihi saepe [illegible] dolorem concitante,]

indigni sunt, qui tyronum manibus et studiis commendentur?
Sed video in viam. Ergo, quia video [illegible] in plurali
et in singulari [illegible], video statim apertissime, uti per
regulam auream, quod quiescentes inter se alternent א et
ה. Et cum א sit radicalis, nullum enim א in tota lingua ista
quae in Bibliis extat, paragogicum reperitur in nominibus
(nam in verbis [illegible], [illegible], [illegible] et similibus alia
tio est, ubi Ebraea, Caldaea, Syra et Arabica lingua א admittunt
Ebraicis solum in Chaldaicis, quod idioma et Syrum Arabicum
hoc א habent frequenter paragogicum) Ergo et ה, ~~quod~~
cuius loco in plurali hoc א stat, non est paragogicum, sed
radicale. [illegible]
Porro, si ה est radicale et א; ergo radix aut erit quadrilitera, aut
trilitera. Ad quadriliteram nemo hactenus, et bene, retulit: de-
cepti omnes per literam ה, quam monoculi quasi et myopes aspi-
cientes cum praecedente qametz statim pro servili aestimarunt.
In [illegible]
et talibus pluribus (de Jet ו post primam radicalem inserto
per epenthesin omnibus altum silentis) minus poterant decipi
minus, de triliterâ radice suspicari; eò quod grammatico-
rum nullus, et nemo Judaeorum pariter et Christianorum hac-
tenus quartam vel quintam sextamque finalem radicalem esse
ignorent; et licet ob oculos ferè quinquagena exempla habeant
ad tri literas reducere aut sciant, aut studeant. Sed contigit
in tertiâ vel quartâ radicali ה aeque facile errare, ut in
literâ servili praefixâ in his vocibus [illegible] à [illegible], quod Arabi-
cum, Ebraeum, Chaldaeum, Syrum, Persicum, Turcicum, Tataricum, Ger-
manicum, Belgicum, Anglicum, Suecicum, Danicum et [illegible]
idem est Band ligamen, n in l mutato balth, baltheus. [illegible]
drachma, [illegible] grandis immanis magnaque instar [illegible]

margarita, [illegible] purpura ארגמן, gutturnium, à guttulis aquae, [illegible] ~~[illegible]~~ dicta, et multis aliis ejusdem fa[r]inae literis servilibus praepositis. ד itaque omnis radicalis, vel quadratam facit formam, vel commodissimè ad unam triliteralem radicem reduci debet, non per vim aliquam vel textus, vel vocis vel literae ullius ex his quatuor trahi, et obtorto collo cogi. Si ad triliteram reduci debet et potest, ergo ת per se non potest, quia est radicalis necessaria. Ergo una trium praecedentium debet exire potest ac debet. Facillimum hoc fit in ל, in ר et ר est non modo difficillimum, sed et impossibile factu. At nemo tale quid de ל unquam dixit. Dicentes: litera radicalis non potest esse litera servilis. At haec est radicalis. Ergo. Respondeo, est petitio principii. Dimus per gradus.

ל Lamed potest esse servilis, hoc est, praemissa vel inserta, vel ~~[illegible]~~ apposita radici servire aliquando potest, licet natura sua aeque sit radicalis. Sunt enim omnes literae Alphabeti naturâ suâ radicales, hoc est, ternae quaelibet radicem constituere possunt. Ex his XI aliquando-serviles איתן משה וכלב At verò XI semper-radicales, reliquae omnes. Excipiunt tantum solas ט et ד, quae post dentales (excepto ד) in Hitpaël primae radicali postpositae loco ת serviles sunt vicariae. Ex his videmus

1. quod ל naturâ et essentia sua sit radicalis, accidentaliter servilis.
2. quod literae aliquando-serviles primae radicali postponi possint, hoc est, inter primam et secundam interjici, seu fieri epentheticae.
3. quod etiam literae quaedam semper-radicales dictae et aestimatae non sola servilis, sed loco servilium.
4. quod etiam ipsae fiant epentheticae ~~post~~ inter primam et ~~tertiam~~ secundam radicalem insertae, ubi serviles propriè inseri possunt.

Quae omnia fortissimè confirmantur ex lingua Chaldaea, Syra, Arabicâ, Samaritica et Aethiopica.

Quinimo dantur exempla in Ebraicis et reliquis linguis, ubi literae non modò serviles, sed et semper-radicales inserantur per epenthesin post secundam radicalem, ante tertiam, quae omnia hactenus ab Etymologicis nostris Grammaticis securè sunt praetermissa.

Tales literae Epentheticae sunt ר ל, item, praeter ט & ר notissimae
etiam ש et מ aliaeque plures. In praesentiarum sufficit hoc demonstrasse
uno & altero exemplo de ל et ר. Incipiemus à Res.
Radix in lingua Ebraea est שעף cogitavit; à qua duae voces solae
extant in Bibliis בשעפים in cogitationibus Job. 4,13. שעפי
cogitationes meae Job. 20,2. Hinc inserto per epenthesin ר post primam
radicalem, dico, שרעף idem notans. occurrit et bis in Ps. 94,19. שרעפי
cogitationes meae. et Ps. 139,23. שרעפי idem.
Radix est שבט virgula, baculus, sceptrum, stylus ~~[illegible]~~ [illegible], spatha
Spade germanicum; metonymicè regnum, tribus, pars duodecima seu
uncia regni, in quot partes Judaea erat & Arabia divisa. Anni au-
tem uncia Februario ferè nostro respondet. Extat in Bibliis circiter
CLXXXIX vicibus. Eadem interposito ר est שרביט idem notans,
ter occurrit in Bibliis. Esth. 4,11. 5,2. 8,4. et שרביט Est. 5,2. ubi
una notetur litera ר Epenthetica post secundam radicalem.
De Lamed quae litera propius nos tangit, videamus. Radix est [illegible]
9. pag: unde nomen, quod semel extat in Bibliis Job. 28,18. גביש notans
fol. 671 unionem, margaritamque, et certum genus lapidis pretiosi, colore regum
omnes et lustro magni aestimato; item quicquid coloris variegati,
et vestis talis variegata & multicoloris, Arab. [illegible] unde et Graec.
κῆπος hortus florum variegatorum; itemque vestis virginalis, sed prae-
sertim variegatus ille capillus per uniones & lapides pretiosos [illegible]
apud Persas delicatiores foemellas, quod inde in occidentem transi-
tur. Propositum est [illegible] quod non notat similitudinem, sed est [illegible]
quod ה demonstrativum, Arabicus scilicet articulus pro [illegible]
est [illegible] hoc est, unio, et per metaphoram notat grandinem
magnum instar unionum & margaritarum. Extat Ez. 13,11.13. 38,22.
Quod ego affero exemplum, ubi [illegible] ל & ב servilia praefixa sunt,
sed hoc tamen exemplum non stringit quaestionem, quae a [illegible]
sit. Radix רגז moveri, turbari, &c. et nomen est רגז indignatio,
ira, aestus, mina, tumultus, turbo, tempestas, & terror tremor [illegible]
irati Dei, hominis, Leonis in corde conceptus, per vultum osten[illegible]
Altera radix est [illegible] propriè humidum, udum esse, et habet pro [illegible]
[illegible] vigorem, quia illi opponitur יבש. hinc & pro [illegible] naturaliter humida [illegible]
quatuor digitorum ~~[illegible]~~ [illegible], hinc et complosio ~~[illegible]~~ palmarum, et plaudere, pal[illegible]

in rugitum, clamorem, tonitrua, fulgura, tempestates, procellasq[ue] in mari sonoras erumpens. De Deo extat Mic. 7,9. Iram Domini feram sic de procella (quae vox à graeco προσβολος quasi ante βολος praecedens & perculsa aquarum irata commotio) Jon. 1,15. Et acceperunt Jonam projecerunt in mare, tumq[ue] stare seu requiescere incipiebat illud mare [illegible] ἐκ τοῦ σάλου αὐτῆς, ab ira, à procella sua; ut appareat vocem graecam σάλος provenisse à [illegible] interposito ι per epenthesin post primam radicalem, quae vox idem significat. Ps. 119,53. Procella deprehendit me; metaphoricè de adversitatum procellis, tempestatibus. Ps. 11,6. de pluet super impios (singularis est [illegible] unde graecum ζάλη vel ζάλα hactenus in N. Test. non intellectum) laqueos, ignemq[ue] sulphur ventumq[ue] aut spiritum terribilium procellarum in partem (bibendam) calicis eorum. Et quis quaeso non videt pietij planè contra omnem rationem obstinatus, & omnem sensum mortuus obstare malitia radicem esse utriusq[ue] eandem: quomodo per metaphoram ista procella & tumultus ad famem quoq[ue] applicatur, quando venter, qui caret auribus, & nulla prece flectitur populus esuriens, ob [illegible] dentiam requiescit, quo fit, ut stomachus tumultuetur, murmuret latretq[ue]. Thr. 5,10 Pellis nostra tanquam clibano exarefacta est, ob horribilem aestum famis. LXX ἐπελιώθη, συνεσπάσθησαν ἀπὸ προσώπου καταιγίδων λιμοῦ. elegantissimè vocat καταιγίδας ubi. Obiter notetur, quod interpretes ferè reddunt [illegible] casu recto, quod non improbo: eò quod & clibanus denigretur, exsiccetur & exuratur propter injectum ignem, & quicquid in clibanum conjicitur aestuantem, id ipsum quoq[ue] exsiccetur, exaestuet, exuratur, et pro re nata, denigretur. +)

uto neminem esse, qui contra clarissimum exemplum quicquam reponere possit. Sic & latini, non ex se, sed oriente habuerunt vocem sulfuris, quod à [illegible] venit; unde apparet, etiam in orientis quadam loco dixisse [illegible] quanquam in Biblijs non extet, cum centies millies plus fuerit in communi & quotidiana doctaq[ue] pariter & erudita loquendi ac scribendi ratione vocumq[ue] copia, quam extet in Biblijs, vel ad minimum latini L interseruere, quod Germani omisere, dicentes Schwefel: quod idem est. Belgae Swavel.

[illegible] sic & lentes et [illegible] lentes [illegible] cum inserto ι, [illegible] lentes, non caream omnium

Jam fiat applicatio ad Nostram vocem חלכאים et חל כה
Dico itaque, ל esse Epentheticam post primam radicalem, et Radi-
cem esse חכה, expectare, praestolari. Dan. 12, 12 Beatitudi-
nes expectantis μακάριος ὁ ὑπομένων καὶ φθάσας
ita ut attingat Dies CIϽ CCCXXXV. Sic Esaiae 30, 18. Bea-
titudines omnibus praestolantibus in eum (Deum) et ferè sem-
ut hic construitur cum ל interdum אל; De ל Habaquq Prophe-
ta jubet Cap. 2, 3. Etiamsi (Deus) tardaverit, tu expecta, praestolare
et effectum promittit Esaias c. 64, 4. Faciet praestolanti
quicquid expectabundus desiderat. Et quatuordecies extat in
Bibliis. Quae loca omnia incredibilem & inexstinguibilem huic
loco lucem foenerantur, & mutuo dant, recipiuntque.
Dico jam in hoc Psalmo decimo, in forma singulari elegans esse
Contractio חֵלְכָה ex חִכָּה et epenthesis ל emphatica quicum
ferè ubique amat construi, quasi חִכָּה לְךָ expectabundus
praestolabimur in te.
Et hoc modo istius loci medela, hactenus à nemine sanati, ope
illius partis Grammaticae, quam Etymologiam vocamus,
porrecta est, quam nemo Grammaticorum & Lexicogrāpho-
rum, Christianorum & Judaeorum, Rabbinorum & Masso-
retarum, Interpretum Orientalium & Occidentalium in
hunc usque diem tanti aestimavit, ut putaverit ab ista sola
parte Grammaticae radicum rationes omnes dependere,
istam solam esse fundum & fundamentum omnis solidi
Lexici, omnium Lexicographorum omniumque Grammati-
corum, quoad Syntaxin et Prosodiam.
Omnino indignissimum est, quod non videant Grammatici
quemadmodum sint quatuor partes Grammaticae ordine
procedentes, ita & primam esse fundum, & aferre principia
pro secunda, secundam pro tertia, tertiam pro quarta.

Non vident, esse unum Corpus aliquod solidum, membrisque
certis, & membrorum numero paribus, arteriis, ossibus, ner-
vis, musculis, cute, cuticulâ, & ceterisque aliis particularibus
rebus constare, quarum defectu, vel superabundantia, aut luxa-
tione & unionis rupturâ Corpus nullamodo possit esse sanum.
Sed semper languere, hiare, spiritum, animamque trahere debere.
Et profecto, si considero tot Regulas & principia, quae omis-
sa, tot superflua quae intulerunt, tot innumeras omnibus
praecepta sine ullis additis rationibus, quales tamen dari deberent et possunt; autem
congestas anomaliarum notas, innumerabiles contra seri-
tus inspicio linguae Orientalis sacrae Ebraeae, Chaldeae, Syrae
Arabicae, Samaritica, & denique Ethiopicae 1. Simplicitatem
2. Utilitatem. 3. Veritatem. 4. Bonitatem. 5. Pulchritudi-
nem. 6. Unitatem; thesauros rerum & multa alia, sic ex Ho-
ratio in te magis pia sanctam illam linguam alloquor:
Uror, quod tibi candidos turparunt humeros
Immodica mero rixa etc.
Sed hoc totum meum, quicquid dictum scriptumve est,
submisso meo judicio ad Eruditiorum trutinam, ita di-
ctum scriptumve esto, donec me & publicum proximus
quisque meliora doceat. Discere libenter cupio. Non ero
obstinatus, non refractarius, si meliora videam, & docto-
rem meum amabo, aeternumque venerabor.
Proinde, quisquis es lector, putas me hominem e
et Eruditorum, etiam in hoc genere, minimum,
profiteorque & promitto, velle statim revocare omnia
ubi contra Dei verbum & analogiam fidei dixi quic-
quam scripsive. Me et mea studia tuae Benignitati
& Favori, & vero DEO commendo.